Digitized by Google

201
59 K
5

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTA

E LEXICO

EPIGRAPHICO MORCELLIANO

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTA

E LEXICO EPIGRAPHICO MORCELLIANO

VOCIBVS ITALICIS

IN VSVM TIRONVM

DIGESTA

BONONIAE A · MDCCCXXX ·
EX OFFICINA ANNESII NOBILII ET SOC ·
PERMISSV PRAESIDVM

Digitized by Google

Digitized by Google

CVLTORIBVS
STILI INSCRIPTIONVM LATINARVM
MICHAEL FERRVCCIVS

Ex quo Steph. Antonii Morcelli Opera Epigraphica studio, et cura benemeritorum virorum Patavii magnifico sane caltu iterata editione, et aucta evulgari coeperunt, promissnm iam inde est fore, ut iisdem Operibus Lexicon adderetur Morcelliannm a Philippo Schiassio ea potissimum mente digestum, ut qui hujusmodi litterarum genere delectarentur, in eoque naviter versari vellent, iis adjumento esse posset. Et Schiassius quidem ab ipso ineunte anno MDCCCXVIII. ceteris studiis omnibus prope omissis, manum operi admovit, et improbo enimvero labore in singulis a Morcello editarum inscriptionum formulis, immo vocibus excipiendis diu noctuque totus est. Quod opus quum longius produci cognoscerem, atque adeo in dies adcrescere, ut serius omnium exspectatione in manus hominum venire aliquando posset, tot insuper tantaeque res in eo semel iterumque perlegendo vel addendae, vel expungendae, vel mutandae Schiassio eidem occurrerent, ut sibimet ipsi de hoc Lexico satis nondum placere omnibus de hoc rogantibus dictitaret, tum ego de Lexico in multo minorem molem coutrahendo, quod tamen in adolescentium commodum exsisteret, cogitavi. Qua de re quum Schiassium convenissem, diligenterque essem cum eo colloquutus, tu vero, Ferrucci mi, inquit ille, opportune occurris, en opus totum meum; illud tibi de manu, ut ajunt, in manum trado; sume hinc quod, et quantum tibi videbitur. Ego, uti scis, latinis verbis italicam interpretationem identidem subjeci; italicis tu quae majoris jam usus, communisque commodi futura judicaveris, latinam subjicias interpretationem velim. Itaque ejus consilio, atque ope usus delectum meum volenti animo institui, quem ad exitum quum perduxissem, opellam meam, quaecumque demum ea esset, Schiassio dedi, ut a quo omnia acceperam scribendi praesidia, is idem, quae in chartas fuerant a me relata, mature, ante quam in vulgus exirent, perpenderet, corrigeretque, quae sibi minus probarentur. Quod is quidem adeo praestitit, ut liber hicce ab eo verius confectus, quam abs me dici possit. Sed utrum Schiassii, an meus liber sit, paucorum fortasse id scire intererit; omnes utique scire percupient, qua ratione fuerit ipse exaratus, et quid in eo exarando nos potissimum spectaverimus. Haec igitur ad rectum Lexici usum cognitu maxime necessaria paucis juvabit explicare. Non omnes, quae aliis elegantia praestare viderentur, formulae locum in delectu hoc nostro obtinent, verum eas praesertim hic afferendas duximus, quae singularis, nec omnibus obviae dictionis essent, quaeque vulgatae ubi fuerint, multorum laborem levare possent. Namque cum novas (quod scitissime Ioan. Baptista Robertius affirmavit) saepe res, atque a veteribus indictas pro instituto suo enuncian-

Digitized by Google

das proponeret Morcellus, eas ita apte, ita concinne enunciare docuit, ut novae quodammodo linguae auctor et habeatur, et sit. Non singulis item exemplis, quae permultis verbis permulta subjiciuntur, interpretationem addidimus italicam; at iis tantummodo, quibus opportunum visum est, eamque accuratiorem, quoad fieri per nos licuit. De formulis ad Iuris prudentiam spectantibus ratio habita peculiaris; namque cum illas maximi esse in inscriptionibus usus intellexerimus, earum, quas in Morcelli Voluminibus legere est, plerasque in nostro Lexico rite digessimus. Orthographia pariter Morcelliana in integrum summa religione servata est; quapropter ne verba quidem illa aut rejecimus, aut immutavimus, quae minus latine a Morcello elata quidam, iique perdocti viri arguunt, cujusmodi sunt *Barptolemaeus* pro *Bartholomaeus*, et *Hexarchas* pro *Exarchus*. Notae, quae in allegandis Operum Morcellianorum locis usurpatae sunt, sic intelligantur. Numeri Romani I. II. III. IIII. V. primum, secundum, tertium, quartum, quintum Volumen Operum Morcellianorum editionis Patavinae designant. Numerus Arabicus paginam, litterae a, et b ceram primam, et secundam denotant. Sigla Extr. significat, quae Extra Volumina quinque Operum eorumdem vel in Ephemeridibus Litterariis, atque alibi vulgata sunt, vel necdum edita exstant in schedis apud clarissimos, ac fide dignissimos viros asservatis. Nota † textum doctrinae, vel commentarium indicat. Demum nota ¶. tum nominum, tum verborum aliam ab antecedenti significationem demonstrat.

Ergo quod bene vertat, et latinae linguae studiosis utilitati sit, opellam hanc nostram in lucem proferri tanta voluntate sinimus, quanto scilicet studio magistrum nostrum, studiorumque nostrorum auspicem colere prae nobis ferimus, quantâque ille benevolentia nos ipsos est complexus, et complectitur in dies.

PH. SCHIASSIVS MICH. FERRVCCIO S. D.

Pergratum enimvero fuit, mi Ferrucci, quod quae italicae voces, et formulae frequentioris, potiorisque usus esse viderentur, eas e Lexico meo Epigraphico Morcelliano excerpseris, iisdemque voces, et formulas latinas, quae ad eas pertinerent, subjeceris. At quamquam non parum effeceris, non satis tamen, pace tua dixerim, effecisti. Oportet, ut voces item, et formulas latinas excerpas, iisque subjicias italicas. Id abs te docti viri complures, nedum ego, exspectant, id te rogant. Eja age, Ferrucci carissime, quantumvis operosum, atque injucundum, suscipe et hunc magno animo laborem. Intelligis enim idem ipse, quomodo quod jam confecisti opus, novum hocce, quod conficere te optamus, quasi postulet, negetque se in lucem exire solitarium, ac prope mancum. Neque vero huic velim tantopere concedas, ut in scriniis illud tuis praecludas, ac diutius occultes. Auctor immo tibi sum, ut evulges quam primum, atque cum amicis tuis, iisdemque meis, quos utique et multos, et pereruditos habemus, communices eorum judicium exquirens; idque optimo, ac prudentissimo consi-

Digitized by Google

lio, mihi crede, praestiteris. Quamvis enim omnem in hac re diligentiam, quantum per nos licuit, et legendo, et sciscitando, et consulendo adhibuerimus, multaque eorum, in quibus ipse erraveram, uti probe nosti, emendaverimus, non pauca tamen superesse prospicio, quae emendentur. Igitur officinatori librario statim autographum trade tuum. Absit autem, ut tu editionis curam suscipias, temporisque in mendis corrigendis jacturam facias. Scio quot, quantisque occupationibus distinearis. Non deerit, in quem eam molestiam (siquidem molestiam dicere vere possumus) transferamus. Tibi ut ad novum, quem dixi, laborem animum adjungas, plurimum, quoad ejus fieri potest, relinquendum otii est, praesertim cum mihi incesserit cupido ad te et chartulas mittendi quasdam, in quibus nonnulla, quae Morcellus inscriptionum auctoribus vitanda animadvertit, congessi. Haec tu perlegas velim diligenter; ac si tibi digna videbuntur, quae veluti in antecessum Lexicon Epigraphicum exspectantibus harum rerum studiosis proponantur, edenda haec quoque curabis. Mitto etiam quasi specimen ipsius Lexici paginas aliquot, e quibus noverit unusquisque et quid ab initio perficiendum (nimium equidem imprudens) susceperim, et quam jure propter maximam, ad quam opus adcreverat, molem, ut caetera praeteream, ejus evulgandi sit abjectum consilium. Certe quidem quod non fuerint hactenus promissa servata, id mihi unice culpae vertendum esse fateor. Quamquam haud magnopere fortasse dolendum, quod ita res cesserit. Haeret adhuc in mente, quod vir litteratissimus multis abhinc annis de hujus operis molitione pronunciavit, inutilem eam prope futuram ea potissimum de caussa, quod qui latinas inscriptiones cum laude pangant, nonnisi pauci esse possint, iique Lexico non indigeant: an non enim, inquiebat ille, exstitere pridem, exsistuntque in praesens, qui nulla ejusmodi Lexici ope in eo genere excellant? Ac re quidem vera tu inter ceteros, mi Ferrucci, praestantissimi illius viri sententiam, quam ceteroquin tute ipse nimis fortasse rigidam putaveris, potes exemplo tuo confirmare. Mitto de iis dicere, quibus inscriptiones nonnisi vernacula scriptae lingua placent; quos, uti alias sum Morcelli verbis palam publiceque professus, sine interpellatore vel sibi, vel civibus suis indulgeant, libenter sino. Si qui vero non singulas Morcelli dictiones probaverint, ne cum his quidem contendam; judicio utatur quisque suo. Haud equidem diffiteor, me cum Morcelli reprehensoribus in quibusdam non dissentire; dissentire tamen in plerisque. Verum a jurgiis semper, ut usque adhuc feci, litibusque abstinebo. Qui Lexicon meum vel quemadmodum ego condidi universum, vel potius in epitomen redactum publici aliquando esse usus voluerit, is annotationes pro re nata subdiderit; idque et peropportune fecerit, et, quod pro certo habeo, scitissime. Sed jam de meo Lexico alii, quorum intererit, si quidem aliquorum intererit, viderint. Tu quae in promptu excerpta habes, diutius emittere ne moreris, ut eruditorum virorum monitis edocti, quae sint corrigenda, dignoscamus; expungenda fortasse nonnulla, multa certe addenda esse commonclùmur. Cura ut valeas.

Domi VI. Kal. Iul. A. MDCCCXXVIII.

VOCES LOQVVTIONES FORMVLAE

IN INSCRIPTIONIBVS VITANDAE

A *pro* AVSTRIA. D. G. R. I. S. A. G. H. H. Et B. R. (II. 201. †)

ABRAHAM *pro* ABRAHAMVS (II. 239. †)

ACADEMIA *de coetu litteratorum hominum, aut eorum, qui artes ingenuas plerasque profitentur* (III. 80. †)

ACADEMICVS *de sodali coetus litterarii, aut huiusmodi* (III. 80. †)

AEQVISSIMVS *in dignitatis titulo enunciando, ut* CENSOR AEQVISSIMVS (II. 46. †)

AERA — ANNO AERAE VVLGARIS. *Inscite, nec latine* (II. 120. †)

AES PRECARIVM *pro* STIPS (II. 276. †)

AETERNVS — D. O. M. ET QVIETI AETERNAE. MEMORIAE ET QVIETI AETERNAE. CINERIBVS ET QVIETI AETERNAE (II. 72. †) DOMVS AETERNA. SOMNO AETERNO. VALE AETERNVM (II. 73. †) *in epitaphiis christianis.*

AGNES *pro* AGNE (II. 239. †)

ALIORVMQVE ID GENVS HOMINVM. *Quod prosae orationis est* (II. 200. †)

AMPLISSIMVS *in dignitatis titulo enunciando, ut* CONSVL AMPLISSIMVS (II. 46. †)

ANNALIA . QVINQVENNALIA . DECENNALIA ; *quum nulla publice voto nuncupata sint* (II. 19. †)

ANTEPAGMENTVM. *Vox nimis exquisita, et minus nota* (II. 263. †)

AQVA ET IGNI INTERDICTIO *ad enunciandam excommunicationem* (II. 16. †)

AQVA LVSTRALIS *pro* BAPTISMA (II. 15. †)

ARA AMICITIAE DICATA CONSECRATAQVE EST *de mira animorum conjunctione* (II. 15. †)

ARS TYPOGRAPHICA *pro* ARS LIBRARIA (II. 277. †)

ASCIA — SVB ASCIA DEDICAVIT. *Formula prope peregrina* (II. 76. †)

AVGVR — COLLEGIVM AVGVRVM *ad enunciandum summum Pontificis Maximi Consilium* (II. 25. †)

AVLA *ad significandum conclave in aedibus maximum* (II. 276. †)

AVSTRIVS *pro* AVSTRIACVS; *quod magis arridet* (II. 253. †)

B. *pro* BOHEMIA. v. s. A. *pro* AVSTRIA.

BENEFACTOR; *quod plane barbarum* (II. 277. †)

BLANCVS *pro* BIANCVS. cogn. (II. 242. †)

BOMBARDARIVS *pro* BALLISTARIVS (III. 73. †)

C. *pro* CAROLVS, *aut* CORNELIVS (II. 268. †)

CANNONARIVS *pro* LIBRATOR (II. 242. †)

CANONICVS — M. ANTONIO CANONICO BOLDETTO. *Insulse ex prava tituli collocatione* (II. 45. †)

CARDINALIS — PETRO CARDINALI BEMBO. *Insulse ex prava tituli collocatione* (II. 45. †)

CAVE CAVE CANEM. *Iocus ineptus* (II. 222. †)

CENTVMIGNEVS *pro* CENTVMOVS. cogn. (II. 240. †)

CLAVSTRVM *pro* ATRIVM, *aut* PERISTYLIVM (II. 276. †)

COGNATA *pro* FRATRIS VXOR (II. 247. †)

COMES — ALOYSIO FERDINANDO COMITI MARSILIO. *Insulse ex prava tituli collocatione* (II. 45. †)

COMITIA *de conventibus non populi, sed primorum, et optimatium* (II. 276. †)

CONSERVATOR *pro* III. VIR REI PVBLICAE CONSERVANDAE (III. 67. †)

CONSVLO — REI PVBLICAE CONSVLVIT. *Inceptum in commemoratione operum publicorum* (II. 251. †)

D. *pro* DEVS *in serie litterarum singularium ad res nostrates significandas.* v. s. A. *pro* AVSTRIA.

D. D D. *pro* DANT DONANT DEDICANT (II. 43. †)

D. M (DIIS MANIBVS) *initio epitaphiorum christianorum* (III. 5. †)

D. O. M. *extra inscriptionem sacram* (II. 43. †)

DEDICABANT *pro* DEDICAVERVNT *de re perfecta* (II. 275. †)

DELVBRVM *ad significandum templum Dei Optimi Maximi* (II. 15. †)

DEPOSITVS *pro* DECESSIT. EXCESSIT (II. 79. †)

DEVOTVS — DEVOTVS NOMINI MAIESTATIQVE EIVS *ad significandum fide, et voluntate addictum Principi* (II. 44. †)

DIES — A DIE NATALI CHRISTI. *Minus vere* (II. 120. †)

DII IMMORTALES *pro* DEVS (II. 16. †)

DII MANES — DIIS MANIBVS LITARE *pro sacrum demortui caussa facere* (II. 15. †)

DII SVPERI — DEOS SVPEROS MANESQVE *(morituro)* PLACARE *pro peccata illi remittere* (II. 16. †)

DILIGENTISSIMVS *in dignitatis titulo enunciando, ut* AEDILIS DILIGENTISSIMVS (II. 46 †)

DITIO *ad significandum locum, aut regionem, ubi quis imperat* (III. 12. †)

DIVVS *pro* SANCTVS (II. 16. †)

—— *de nostris Principibus, aut Pontifice Maximo* (II. 44. †)

DOCTOR PVBLICVS *pro* DOCTOR DECVRIALIS (III. 86. †)

DOMVS DIVINA *pro* DOMVS AVGVSTA (II. 19. †)

DVX — MAGNO ET INVICTO DVCI *in Principis titulo enunciando, qui Etruriae imperitat* (II. 46. †)

ELISABETH *pro* ELISABETHA (II. 239. †)

EMBLEMA. *Vox peregrina, nec ad usum traducenda* (II. 264. †)

ET CETERA ET CETERA. *Inepte, et sine veterum exemplo* (II. 25. †)

EXORNABANT *pro* EXORNAVERVNT *de re perfecta* (II. 275. †)

FABIANES *pro* FABIANE, *aut* FABIANA (II. 239. †)

FACIEBAT *pro* FECIT *de re perfecta* (II. 275. †)

FANVM *ad significandum templum Dei Optimi Maximi* (II. 15. †)

FATVM *pro* MORS (II. 197. †)

FESTA MOBILIA *pro* FERIAE CONCEPTIVAE (III. 56. †)

FIERI CENSVERVNT *in titulis honorariis* (I. 147. †)

FILIASTER *pro* PRIVIGNVS (II. 248. †)

FLAMEN *ad significandum uni templo addictum sacerdotem* (II. 15. †)

FLORIVS *pro* FLORIVS. cogn. (II. 242. †)

FORVM *pro* AREA; *scilicet locus in urbe sine aedificio* (I. 240. †. II. 276. †)

G. *pro* GERMANIA. v. s. A. *pro* AVSTRIA.

— *pro* GRATIA. v. s. A. *pro* AVSTRIA.

LEXICON
EPIGRAPHICVM
MORCELLIANVM

QVAEDAM LECTORI AD VSVM LEXICI PRAENOSCENDA

Alphabetum servatum est universim. Quare nomina adjectiva, contra quam a Lexicographis fieri soleat, substantivis pro alphabeti ratione passim antecedunt: ex. c. AVGVSTVS. A. VM. AVGVSTVS. I.

Servatum idipsum in iis etiam vocibus, quae ad capite versuum pro singulis indicandis dictionibus una sub themate comprehensis praepositae sunt: ex. c. ACERBVS. A. VM. *fatum. funus. interitus. luctus. moeror. mors.*

Nomina comparativa, et superlativa, quod commodius est visum, a positivis disjunguntur: ex. c. MAGNVS. MAIOR. MAXIMVS.

Gerundia item, et futura ab eorum verbis: ex. c. ADORANDI. ADORATVRVS. ADORO.

Similiter et participia: ex. c. ACCEPTVS. ACCIPIO.

Vocibus, quarum plura afferuntur exempla, hic est ferme ordo tributus:

Tum nominum, quam verborum ea locum obtinent primum, quibus propria subest significatio; secundum, quibus vel translata, vel dispar.

Quod ad nomina, ea cum alia regunt, praeponuntur; subjiciuntur vero, cum ab aliis quoquo modo reguntur.

Subnectuntur nomina, si qua sunt, quae cum eo, de quo res est, coire soleant, cum eoque aptam, concinnamve sententiam facere videantur:

Deinde eorum apposita:

Tum phrases, locutionesque peculiares:

Demum verba, quae ad ea nomina referuntur.

Quod ad verba, iis primum annectuntur nomina, uti res fert, cujusque casus sive recti, sive obliqui:

Deinde verba, si qua sunt, quae cum iis, uti de nominibus dictum est, conveniant:

Tum adverbia:

Denique phrases, locutionesque peculiares subjiciuntur.

Horum omnium divisiones hacce nota * praefixa indicantur; praefixa vero nota hacce ¶. tum nominum, tum verborum alia ab antecedenti demonstratur significatio.

Notae, quae in allegandis operum Morcellianorum locis usurpatae sunt, sic intelligantur:

(St.) Volumen de *Stilo* Inscriptionum Latinarum. (Ins.) Volumen *Inscriptionum* Commentariis subjectis editionis Romanae.

Notae numerales Romanae I. II. III. IIII. V. *primum, secundum, tertium, quartum, quintum* Volumen Operum Epigraphicorum editionis Patavinae designant:

Notae numerales Arabicae paginam:

Littera a ceram *primam*, b *secundam*:

Nota † textum doctrinae, vel commentarium.

Sigla (Extr.) innuit quae *Extra* Volumina quinque Operum Epigraphicorum vel in Ephemeridibus Litterariis, atque alibi vulgata sunt, vel necdum edita exstant in schedis apud Andream Andreium, aliosque fide dignissimos viros asservatis.

A

A *Graecorum communis et Latinorum littera habetur: at quum linea transversa hoc modo* A *in angulum flectitur, Graeca ab origine littera est, eaque forma in Latina inscriptione locum habere non debet, praeterquam in illo epitaphiorum initio* A ☧ Ω (St. 462. b. †. II. 309. †)

A BAL. (A Balineo, *vel* Balneo) *Soprastante al bagno, Bagnaiuolo.*

Pachino Domitiani Augus. Servo A Bal. Privat. (St. 331. a. II. 86) *Bagnaiuolo dell' Imperatore.* v. BAL. BALNEAE. BALINEVM. BALNEAE. BALNEVM.

A BARCO. cogn. *Da Barco.*

Ioan. Franciscus Martinengus A Barco (V. 27)

A BIBLIOTHECA. *Bibliotecario.*

Disce Latinam breviloquentiam, quae saepe usui esse possit, A Bibliotheca, A Cubiculo, A Frumento, A Supellectili, A Libellis *et hujusmodi* (St. 21. b. †. I. 20. †)

Apollinis. Antiochus Ti. Claudi Caesaris A Bibliotheca Latina Apollinis (St. 106. b. I. 164)

Episcopi. EmerIcus Presb. A Bibliotheca IgnatI BatthianI Episc. Transil. (V. 100)

* *latina.* v. s. *Apollinis.*

* *curator a bibliotheca.* Me . . Ticini A Bibliotheca Curatorem Fecit (Extr)

magister. Magister A Bibliotheca Latina Apollinis (St. 526. a. III. 78) Magistrum A Bibliotheca *dixere veteres, quem Graeci* Βιβλιοθηκοφύλακα *vocabant, qui et Custos et Praefectus etiam recte nominabitur* (St. 527. a. †. III. 79. †)

* *esse.* Pontificibus Maximis . . Non Sine Praecipuo Honore A Bibliotheca Fuit (III. 358)

A CAERIM. PONTIF. (A Caerimoniis Pontificalibus) *Ceremoniere Pontificio.*

Raphael Can. S. Mar. Transtib. A Caerim. Pontif. (V. 140)

Digitized by Google

A CAPITE AFRICAE. *Della contrada detta Capo d' Affrica* (Ins. 63. †. IIII. 56. †) *Titulum sexto casu interdum enunciabant, exempli caussa* Vico Porta Naevia (Grut. 251) *vel sic* A Capite Africae (Fabr. 296. n. 257) (ibi)

Paedagogi Puerorum A Capite Africae (St. 72. a. I. 104) *Quum Paedagogi Romae essent in vico regionis, cui nomen* Caput Africae (Lup. Epit. Sev. M. p. 138) (St 72. b. †. I. 104. †)

A CELLARIIS (St. 529. a. IIII. 83) *Dispensiere.*

A CENSIBVS. *Soprastante al Censo, al Catasto.*

Nomenclator A Censibus (St. 528. b. IIII. 82) *Chi dà la denunzia de' nomi di quelli, che non si sono fatti registrare nel Censo.*

A CENSV.

Memoriae Et Quieti Ioan. Baptistae Dion. F. Ratti Rectoris Provincialium A Censu (IIII. 368) *Cancelliere*, vale a dire *Direttore dell' Uffizio Provinciale del Censo.*

A CHRISTI PASSIONE. *Dalla Passione di Cristo. Passionista.*

Aedes . . Nuper Paulli A Christi Passione Viri Pientissimi Incolatu Honestatas . . Refecit (Ins. 302. IIII. 261) *Quid hoc est? inquies: num Latinorum quispiam, quid sibi ista velint, si legeret, explicare posset? haereret fortasse; vix tamen, rem edoctus, meliora proferret. quia et hoc, opinor, daret, vix alia significatione dixisse Livium*, Turnus Herdonius ab Aricia (lib. 1. c. 50) *et Tullium*, Nostri, inquam, illi a Platone et Aristotele moderati homines (pro Mur. c. 30) (Ins. 302. †. IIII. 261. †) v. PASSIO.

A COLVMNA TRAIANI. *Presso alla Colonna Traiana.*

Locus Sepulturae Sodalium Marialium A Columna Traiani (Ins. 136 IIII. 122)

A COMMENT. (A Commentariis)

A Comment. Beneficiorum (St. 331. b. II. 88) *Deputato al registro delle concessioni de' fondi, ed altre beneficenze del Principe.*

A COMMENTARIIS.

equorum. Libertus A Commentariis Equorum (St. 258. b. †. I. 422. †) *Colui che tiene registro de' cavalli — In Familia Augusta tot illi extitere rei vehicularíae cursusque publici curatores, quos in antiquis inscriptionibus legisse te puto*, Praefectus Vehiculorum A Copiis Augusti *(Donat. Suppl. Mur. p. 86. n. 2)* Libertus Tabularius A Vehiculis *(Grut. p. 592. n. 3)* Libertus A Commentariis Vehiculorum *(id. p. 592. n. 4)* Libertus A Commentariis Equorum *(id. ibid. n. 5)* Praepositus Cursorum *(id. p. 6001. n. 15)* Praepositus Tabellariorum *(id. p. 35. n. 1) His jam addas* Dispensatorem Ab Tubis, *a quo tabellarius jussu Principis viam initurus tubam acciperet* (ibi)

operum publicorum, et rationis patrimonii. M. Vlpius Aug. Lib. Thaumastus A Commentariis Operum Publicorum Et Rationis Patrimoni (St. 21. b. I. 20) *Colui che tiene registro delle spese per opere pubbliche, e il libro de' conti della cosa — Thaumastus Trajani libertus, quae in opera publica e fisco erogabantur, et rationem patrimonii, hoc est patrimonium ipsum sive rem privatam Caesaris, in codicem expensi et accepti referebat. aevo tamen posteriore* Ratio patrimonii *ipse patrimonii procurator dictus est, ut animadvertit Salmasius* (Spart. Sever. c. 12) (ibi †)

rationis patrimonii. v. s. *operum publicorum.*

sodalium arvalium brixianorum. Quieti Et Memoriae Christophori Pilati Presb. A Commentariis Sodal. Arval. Brixianor. (V. 129) *Segretario dell' Accademia Agraria di Brescia.*

vehiculorum. Libertus A Commentariis Vehiculorum (St. 258. b. †. I. 422. †) *Colui che tiene registro delle vetture.* v. s. *equorum.*

A CONDITO AEVO. *Dacchè il mondo è mondo.*

Quod A Condito Aevo Nulli Alii Contigit (St. 163. a. I. 264)

A CONSILIIS. *Consigliere.*

Augusti (V. 69) *Consigliere Imperiale di Governo.*

Imperatoris Caesaris Augusti. A Consiliis Imp Caes. Aug. (V. 108) *Consigliere di S. M. l' Imperatore.*

Senatus (V. 20) *Consultore del Senato.*

Summi Magistri criminibus expiandis. A Consiliis Summi Magistri Criminib. Expiand. (V. 114) *Teologo del Penitenziere Maggiore.*

* *negotiorum publicorum.* A Consiliis Negotior. Publ. (V. 60) *Consigliere di Stato.*

* *bellicis* (V. 203) *Del Consiglio di guerra.*

A COPIIS.

Praefectus Vehiculorum A Copiis Augusti (St. 258. b. †. I. 422. †) *Soprastante a' trasporti militari delle soldatesche d' Augusto.* v. s. *A commentariis equorum.*

A COR. FERR. (Corona Ferrea)

Honori Et Virtuti Iosephi Pallavicini . . Torquati Equitis A Cor. Ferr. (V. 60) *Commendatore del Real Ordine della Corona di Ferro.*

A CORONA FERREA.

Rationalis Ordinis A Corona Ferrea (Extr.) *Cancelliere del Real Ordine della Corona di Ferro.*

A CRVCE.

Sodalis A Cruce Aegrotis Adiotandis (St. 521. a. †. IIII. 70. †) *Religioso Crocifero Ministro degl' infermi. Cherico Regolare di S. Cammillo de Lellis — Qui sub potestate et magisterio versantur, sic in titulis appellandi, ut appareat quo ex Ordine Collegiove sint. enimvero latine et apposite post nomina scribetur* Frater *aut* Sodalis Karmelites, Franciscalis, Dominicianus, *quemadmodum scilicet e* Germanico *fiebat* Germanicianus. *qui collegio presbyterorum Philippianorum nomen dederit*, Initialis Philippianus *dici poterit: at* Religiosus A Matre Magna, *qui e numero est presbyterorum Lucensium: et* Franciscalis Capulatus, *qui ex iis est, qui barbam submittunt: nam* Capulati *olim dicti sacerdotes, qui apicem in pileo haberent* (Fabr. p. 115. H) *cetera tibi nomina id genus effingenda ad Latinorum exemplar, quam proxime fieri possit: cujusmodi haec sunt:* Sodalis A Cruce Aegrotis Adiotandis, Sodalis Marialis Mercedonius Captivis Redimendis, Frater Franciscalis Tertiarius, Frater Karmelites Excalciatus. *qui vero inter hos tirocinium ponunt, ii* Adlecti Inter Iuvenes; *qui jam probati sint*, Collegiati Corporative, *nec minus latine* Professi *appellentur. feminarum autem Ascetriarum appellationes erunt hujusmodi:* Virgo Benedictina, Mater Devota Salesiana, Soror Franciscalis Velata: *eaedemque* Delicatae Dei *non immerito vocentur: quo nomine in actis Martyrum fortissimarum Perpetuae et Felicitatis ipsa Vibia Perpetua designatur* (Edit. Possin. p. 29. v. inscr. 178. l. 1) (St. 520. b. †. 521. a. †. IIII. 70. †)

A CVB. (A Cubiculo)

Permissu Hermae Aug. L. A Cub. Domitiae Aug. (St. 439. b. II. 269)

A CVBICVLO. *Soprastante alla camera. Ciamberlano. Cameriere.* v. s. A BIBLIOTHECA.

Augg. Vernae A Cubiculo (St. 494. b. IIII. 25)

Caes. Aug. A Cubiculo (V. 91)

A Cubiculo Regis Sard. (V. 104) *Ciamberlano del Re di Sardegna.*

Decurialis A Cubiculo Pii VI. Pont. Max. (Ins. 110. IIII. 99) *Cameriere Segreto di Papa Pio VI. —* Decurialis A Cubiculo, *id est e Decuria cubiculariorum, non ex iis,*

qui supra numerum adlecti sint: ut apud Gruterum (p. 591. n. 1) Decurioli Lictori. *Decuriam autem Latini appellabant, sive ea decem viris, sive pluribus constaret* (*v. Plin. H. N. l. 33. c. 1*) (ibi. †)

A CVRA AMICORVM. *Deputata a' servigi degli amici.*
Ti. Claudius Aug. Lib. Fortunatus A Cura Amicorum (St. 300. a. tI. 32)

A CVRIA CONDITA. *Dalla fondazione della parrocchia.*
Anno M. DCC. LXXXVII. A Curia Condita CC. (V. 201)

A CVSTODIA ARMORVM. *Custode dell' Armeria.*
A Custodis Armorum Aug (St. 529. b. ttI. 83)

A CYATHO. *Coppiere.*
Doryphoro Caesaris A Cyatho (St. 112. b. I. 177) *Servus a cyatho, qui etiam a potione dicitur* (Grut. p. 591. n. 10) *pincerna erat, sive pocillator* (St. 113. a. †. I. 177. †)

A DIANA.
Aeditums A Diana (St. 529. a. ttI. 83) *Custode del tempio di Diana.*

A DIPLOMATIBVS (St. 526. b. ttI. 78) *Scrittore de' diplomi — Quamquam veteres illas formulas* A Studiis, Ab Epistulis, A Diplomatibus *servorum plerumque aut libertorum apposita esse constat; vel sola tamen si usurpes, nemo te grammaticorum jure reprehendat: quippe et ingenuos, imo ex equestri ordine,* A Libellis *et* Ab Epistulis *appellatos scimus* (*Spart. in Hadr. c. 22. etc.*) (St. 527. a. †. ttI. 79. †)
Libertus A Diplomatibus (St. 259. a. †. I. 422. †)

A DIPLOMATIS. *Cancelliere.*
Henricus Regis Iacobi F. Dux Eborac. Card. Tit. Damaso Praep. A Diplomatis Pont. Max. (V. 17) *Vicecancelliere della S. R. C.*

A FRVMENT. (A Frumento) v. a. A BIBLIOTHECA.
Aug. Disp. A Frument. (St. 334. b. tL 93) *Dispensiere del frumento d' Augusto.*

A IESV CRVCIFIXO. cogn. *Di Gesù Crocifisso.* -
Cui A Iesu Crucifixo Agnomen Fuit (Ins. 116. ttI. 105)

A LAGVNA. *Soprastante a' vini della mensa. Bottigliere.*
M. Vlpio Aug. Lib. Phedimo Divi Traiani Aug. A Potione Item A Laguna Et Tricliniarch. (St. 331. b. tI. 88)

A LIB. (A Libellis) v. a. A BIBLIOTHECA.
Ioan. Baptista Card. Summus Scriniar. A Lib. (V. 52. b)
—— (A Libris)
Livius Theona . . Scriba A Lib. Pontificalibus (St. 337. a. tI. 97) *Scrittore de' libri pontificali.*

A LIBELLIS. *Segretario de' Memoriali.* v. a. A BIBLIOTHECA, et A DIPLOMATIBVS.
D. N. Pii VI. P. M. Summo Scriniario A Libellis (V. 74)

A MATRE MAGNA.
Religiosus A Matre Magna (St. 520. b. †. ttI. 70. †) *Chierico Regolare della Congregazione della Madre di Dio.* v. a. A CRVCE.
Religiosus A Matre Magna Capillatus (St. 520. a. ttI. 69)

A MVNERIB. (A Muneribus)
Augustalis Aug Lib. Tabul. A Munerib. (St. 462. a. tI. 308) *Conservatore de' registri delle spese per le munificenze d' Augusto.*

A NEGOTIIS PVBLICIS. *Ministro di Stato.*
Caesaris Aug A Negotiis Publicis Per Italiam (V. 204) *Ministro dell' Imperatore per gli affari in Italia.*
Regis Karoli Catholici A Negotiis Publicis Belli Et Pacis (V. 98) *Segretario di Stato del dispaccio di azienda di guerra, marina, e commercio (in Napoli)* v. a. A PVBLICIS NEGOTIIS.

A NOVIO.
Sodales A Novio (St. 490. b. ttI. 17) *Colleghi da Noya, o sia Nuela.*

A NOVO. *Di nuovo, di pianta.*

. . . . . .

Balineum . . Quod Res Publica A Novo Refecerat . . Restituit (St. 355. tI. 129)

A P. V. (A Partu Virginis) *Dalla nascita di Cristo.*
An. Aet. CXX A. P. V. M. DCC. CIII. (V. 182) *Minus vero quidam inscribunt* A Partu Virginis. A Die Natali Christi; *inscite autem nec latine, qui malunt* Anno Aerae Vulgaris: *quippe vocem eam aevi sequioris scriptores extuderunt: quamquam veteres aliquando numerorum notas* Aera *appellarunt* (Noonus c. 2. n. 42) (St. 349. a. †. tI. 120 †)

A PATRIMONIO. *Chi ha ispezione nel patrimonio.*
Proc. . . A Patrimonio (St. 296. a. tI. 25) *Agente del patrimonio. Maestro di casa.*
Tabularius A Patrimonio (St. 113. b. †. I. 178. †) *Archivista, Computista del patrimonio — Nomen Tabulariis impositum vel a re, quam tractabant, vel ab his, quibus operam impendebant. in veterum inscriptionibus occurrunt* Tabularius Vicesimae Hereditatium (Grut. p. 1091. n. 3) Tabularius A Patrimonio (id. p. 589 n. 11) Tabularius Classis Ravennatium (Gud. p. 160. n. 7) *et hujusmodi* (ibi)

A PINACOTHECIS. *Custode dimostratore delle gallerie.*
Ob Memoriam Fl. Apolloni Proc. Aug. Qui Fuit A Pinacothecis (St 196. a. I. 321) *Idem (Fl. Apollonius)* A Pinacothecis *fuisse dicitur, quod in domo Augusti tabulas pictas celeberrimorum pictorum custodiret, et qui spectatum veniebant, admitteret* (St. 198. b. †. I. 324. †)

A PLEBE.
Tres Equites Romani A Plebe (St. 303. b. tI. 59) *Cavalieri Romani deputati dalla plebe.*

A PLVMBO.
Vilicus A Plumbo (St. 31. b. †. I. 36. †) *Soprastante de' tubi degli acquedotti. Fontaniere — Astrapton Caesaris Vilicus erat, id est, ut Varro explicat (l. 1. R. R. c. 2. v. Menag. I. C. Amoen. c. 17) agri colendi caussa constitutus, atque appellatus a villa. sed* Vilicus *tamen appellatur dispensator etiam sive procurator cujuscumque rei: apud Gruterum sane invenies* Vilicum ab alimentis *et* Vilicum a plumbo *(p. 1035. n. 9. p. 640. n. 10)* Vilicum Amphitheatri *apud Fabrettum (p. 3. n. 13 et p. 38. D) a Frontino autem* (de aqued. art. 112) Vilicus *dicitur, qui in aquarum castellis calices ac fistulas aquis deducendis aptabat* (ibi)

A POPVLO.
Trib. Mil. A Populo (St. 64. a. I. 89) *creato dal popolo — Persaepe* αυνεκδοχη *sive* ἔλλειψις *occurrit. ut* Trib. Pot. *pro* Tribunicia Potestate Ornatus, Eq. Pub. *pro* Equo Publico Honoratus, Agrippina Germanici *pro* Agrippina Germanici Vxor, Trib. Mil. A Populo (v. inscr. 82. 248) *pro* Tribunus Militum A Populo Creatus (St. 453. b. †. tI. 293. †)
Curiones A Populo (St. 519. a. †. ttI. 67. †) *Sicubi curionum creandorum jus penes populum sit, ii* Curiones A Populo *nominantur* (St. 519. a. †. ttI. 67. †)

A PORTA. *Da porta. Abitante alla porta.*
Pomarius A Porta Flaminia (St. 606. b. ttI. 44)
Tabellarius A Porta Fontinali (St. 258. b. †. I. 422. †) *A Porta Capena, oggidì Porta S. Sebastiano — Tabellariorum publicorum magnus quidem in urbe numerus per singulas fortasse regiones erat: occurrunt enim in antiquis marmoribus* Tabellarius A Porta Fontinali (*Grut. p. 624. n. 11*) Tabellarius A Ripa (*id. p. 625. n. 1*) Optio Tabellariorum Stationis Marmorum (*id. p. 11. n. 5*) Optio Tabellariorum Officii Rationum (*Gor. Inscr. t. 2. p. 440. n. 17*) (ibi)

. . . .

Digitized by Google

A

ABBADESSA, *a* Superiora d' Ordine religioso. *Antistita Virginum* (III. 70. †) *Virgo Maxima* (ibi) *Mater Maxima Virginum*, vel *Sororum Augustinianarum* (ibi) *Magistra Virginum Dominicianarum Quirinaliani* (ibi)

ABBATE. *Abba*. *Abbas*. Abbate di Governo. *Praeses Domus* (V. 196) — della Città (di Brescia) *Abba Vrbanus* (III. 371) — Commendatario di Chiaravalle. *Abbas Fundis Claravallensibus Tuendis* (III. 247) — di Nonantola. *Abbas Nonantul.* (III. 9) v. ibi †. — Olivetano. *Abbas Olivet.* (V. 22) *Abba Oliveteusium* (III. 373) — di S. Stefeno d' Ivrea. *Abba Stephan. Epored.* (V. 59) Nominare Abbate. *Abbatem Dicere* (V. 80)

ABBELLIMENTO. *Cultus*. *Ornatus*. — *Templa Omnia Festo Cultu Ornata Habento* (III. 279) *Laeto Cultu Et Magnifico Ornare* (III. 274) *Novo Cultu Exornare* (III. 17) *Novo Cultu Restituere* (V. 233) *Squallore Deterso Operibus Ampliatis Et Omni Cultu Addito* (V. 240) *Omni Cultu Exornatus* (V. 236) *Opere Cultuq. Splendidiore Exornare* (III. 254) *Aedem Dicatam Ornare Et Excolere* (III. 352) *Templum Omni Instrumento Ornatuque Cumptum Perficere* (III. 351) *Cellae Et Altaria Externa Marmore Exculta* (V. 29. h.) *Libentes Merito Tutelari Sanctiss. Exornare (effigiem)* (III. 355) v. FORMA. INGRANDIMENTO. ORNAMENTO.

ABBONDANZIERE. *Praefectus Annonae* (II. 64)

ABITANTE. *Accola*. *Incola*. — *Vicani Accolae* (V. 221) Genovese di patria, abitante in Bologna. *Domo Genua Incola Bononien.* (III. 84) Abitante della Mesola. *Incola Mesulanae* (V. 215) I Terrazzani, e gli Abitanti di Tiene. *Municipes Et Incolae Thienenses* (V. 223) Abitante del Rione, o Quartiere. *Regionarius Vici* (II. 87) v. DIMORANTE.

ABOLIZIONE. Dopo l' abolizione de' Gesuiti. *Soc. Ies. Dissoluta* (III. 94) *Post Soc. Ies. Vicem* (V. 104)

ABRAMO. *Abrahamus* (I. 239. †) v. ibi.

ACCADEMIA. *Coetus*. *Collegium*. *Societas*. — Letteraria. *Collegium Sodalium Litteratorum* (V. 130) — di Lettere, e d' Arti. *Collegium Incrementis Litterarum Et Artium* (III. 360) Aggregato alle primarie Accademie d' Europa. *In Summa Per Europam Collegia Cooptatus* (V. 135) — a molte Accademie Scientifiche. *In Multarum Civitatium Doctissimos Coetus Cooptatus* (V. 244) — alla maggior parte delle Accademie Scientifiche, e Letterarie. *Adlectus In Collegia Pleraque Eruditorum* (V. 241) — alle Accademie delle Scienze di Londra di Parigi di Berlino di Peterburgo. *Quem Collegia Maxima Sophorum Londinensium Parisiensium Berolinensium Petropolitanorum Sodalem Cooptarunt* (V. 93) Fondazione dell' Accademia de' Lincei. *Sodales Lyncei Auctore Angelo Cesio Ad Disciplinas Artesque Restituendas Conspiravere* (III. 226) Segretario dell' Accademia Agraria di Brescia. *A Commentariis Sodal. Arval. Brixianor.* (V. 129) Accademie de' Pittori, e Scultori di S. Luca. *Collegium Lucanum Pictorum Et Statuariorum* (III. 258) Principe dell' Accademia di S. Luca. *Artificum Lucanor. Magisterio Perfunctus* (V. 130) Rimettere in isplendore con aggregazioni d' uomini dottissimi l' Accademia de' Volsci andata in decadenza. *Intermortuum Sodalium Volscorum Nomen Virorum Doctissimorum Cooptationibus Nobilitatum Celebrare* (V. 249) ¶. Daranno una pubblica Accademia di Belle Lettere. *Triginta Primi E Schola Rhetorica Coll. Rom. Disciplinarum Liberalium Experimenta Publicabunt* (III. 283) v. SOCIETÀ. SOCIO.

ACCADEMICO. *Sodalis*. — d' Inscrizioni, e Belle Lettere di Parigi. *Sodalis Parisiensis Ab Inscript.* (III. 48) — di Belle Lettere di Berlino. *Sodalis Litterarius Berolinensis* (ibi) — di Belle Lettere di Bologna, o di Siena, o di Cortona. *Sodalis Litterarius Bononiensis, aut Senensis, aut Cortonensis* (II. 80. †) — di S. Luca in Roma. *Pictor Statuarius Architectus Ex Collegio Vrbano Sodalium Lucanorum* (ibi) *Collegiatus Corporis Vrbani Sodalium Lucanorum* (ibi) v. SOCIETÀ. SOCIO.

ACCETTATO. *Destinatus*. — Accettata fra le Teresiane. *Virgo Theresiana Destinata* (II. 34)

ACCLAMAZIONE. — *Civitate Vniversa Adclamante* (V. 270) *Ordinibus Vniversis Adclamantibus* (V. 265) *Tota Adclamante Patria* (III. 402) *Ordo Et Populus Clarensis In Occursu Laetissimo Adclamabat Salvete Boni Auspices Felicis Aevi Deliciae Et Amor Populorum* (III. 405) *Cui Ordo Et Populus Brixianus Adclamavit Salve O Salus Et Praesidium Patriae* (V. 205) *Vicani Vicorum XV. Sublaquensium Obviam Principem Optimum Parentem Providentissimam Adclamantes In Limite Finium Suorum Constituerunt* (V. 274) *Sodales Adlecti Sacra Sollemnia Obeuntes Vno Animo Adclamabant Plaudebant* (V. 276) ¶. Fu decretato per generale acclamazione. *Adclamatum Est Placuitque Vniversis*. (V. 257)

ACCOLITO. *Acolytus*. — *Adlectus Inter Acolytos* (V. 86)

ACCOMPAGNAMENTO funebre. *Funus* — *Elatus Splendidissimo Funere* (V. 156) *Elatus Maximo Frequentia Summo Civium Moerore* (V. 111) *Elatus Magna Civitatis Frequentia Maximo Bonorum Luctu* (V. 88) *Elatus Est Annum Agens XXXXVIII. X. Kal. Mart. Funere Frequentissimo Et Omnium Lacrimis Honestatu* (V. 131) *Decreto Beditiolensium Elatus Publice Est* (V. 115) *Elatus Est Funere Publico Et Curiae Lacrimis* (V. 88) *Elatus Funere Publico Et Omnium Lacrimis* (V. 127) *Elatus Funere Publico Et Civium Hospitumque Lacrimis Honestatus* (V. 115) *Elatus Est Funere Publico Atque Laudatione Et Curiae Lacrimis Honestatus* (V. 150) *Cuius Funus Publicum Primores Collegarum Moerore Et Lacrimis Prosequuti Sunt* (V. 135) *Hos Decuriones Funere Publico De Foro E Tribunali Efferendos Et Hic Humandos Censuerunt* (II. 119) *Parentis Optimi Beneficia Reveriti Amplissimo Funere Efferendum Titulo Ornandum Curavere* (V. 149) *Corpus Ab Imp. Caes. Theodosio Aug. F. Aug. Triumphali Pompa Constantinopolim Ad Templum Maximum Effusa Obviam Civitate Relatum Est* (III. 264) v. FUNERALE.

ACQUA. *Aqua*. Diritto di andare, entrare, girare attorno, e attinger acqua. *Itus Aditus Ambitus Atque Haustus* (III. 249. †) Macine ad acqua. *Molae Aquariae* (V. 231) Edifizio per tener chiusa l' acqua. *Structura Aquae Clu-*

saris (1I. 140) Livello dell' acque. *Libramentum Aquae* (1I. 251. †) v. ibi. Ricettacolo d'acqua. *Balneum Et Piscinam Solo Sua Municipibus Suis Dedit* (11I. 106) *Rivo A Fonte Aquationis Caussa Deducto Lacum Et Salientes Fac. Locaverunt Eidemque Probavere* (V. 218) Acque raccolte dalle paludi. *Aquae Paludium Corrivatae* (1I. 57) Acqua piovana raccolta in canale tagliato l' argine. *Aqua Caelestis Intercisa Aggere Per Formam Collecta* (I. 227) Acqua Guarcenia ottima a bersi. *Aqua Guarcenia Saluberrimi Haustus* (V. 215) Bagni detti volgarmente dell' acqua santa. *Balneae Sub Vrbem Via Albana Refectae* (111I. 324. b) Presidenti delle Acque. *Magistri Fontani* (111I. 250) Presidente delle Acque, e delle Ripe del Tevere. *Curator Riparum Et Alvei Tiberis* (111I. 78) Commissario, o Delegato Apostolico all' affare delle Acque. *Curator Aquar. Et Agger. Publicor.* (V. 77) ¶. Si dispensa al popolo l' acqua benedetta. *Aqua Rite Piata Populo Dividitur* (111I. 33) Coll' acqua santa data la benedizione alle campagne. *Aqua Rite Piata Lustrati Agri* (111I. 162) v. ACQUEDOTTO.

ACQUEDOTTO. *Ductus Aquae* — *Aquam In Vrbem Adduxit* (11I. 106) *Censores Aquam Publicam Omnem In Privatum Aedificium Aut Agrum Fluentem Ademerunt* (ibi) *Rivos Aquarum Compluribus Locis Vetustate Labentes Refeci Aquam Quae Martia Appellatur Duplicavi Fonte Novo In Rivum Eius Immissa* (11I. 105) v. ibi. †. *Arcus Ductus Aquae Virginis Disturbatos Per C. Caesarem A Fundamentis Novos Fecit Ac Restituit* (ibi) *Aquae Ductum In Novis Athenis Coeptum A Divo Hadriano Patre Suo Consummavit Dedicavitque* (ibi) *Aquas Curtiam Et Caeruleam Perductas A Divo Claudio Et Postea A Divo Vespasiano Patre Suo Vrbi Restitutas Cum A Capite Aquarum A Solo Vetustate Dilapsae Essent Nova Forma Reducendas Sua Impensa Curavit* (ibi) *Rivum Aquae Marciae Vetustate Dilapsum Refecit Et Aquam Quae In Vsu Esse Desierat Reduxit* (ibi) *Aquam Marciam Variis Kasibus Impeditam Purgato Fonte Excisis Et Perforatis Montibus Restituta Forma Adquisito Etiam Fonte Novo Antoniano In Sacram Vrbem Suam Perducendam Curavit* (ibi) *Aquam Novam Conquirendam Et In Municipium Perducendam Et Nymphaeum Faciendum Pec. Pub. Curavit* (ibi) *Aqua Inducta Coloniam Dacicam Sarmizegethusam Per Cn. Papirium Aelianum Legatum Eius* (Hadriani) (11I. 106) Canale d' acquedotto. *Formam Aquae Ductus Vetustate Corruptam Refecit* (ibi) Condotto scemato d' acqua per la dispersione delle sorgenti. *Forma Aquae Scatebris Dilabentibus Decrescens* (V. 295) Ricettacolo d' acqua negli acquedotti. *Castellum Aquae Sabatinae Aggesta Arenae Coarctatum Mole Intra Lacum Opposita Muniri Iussit* (ibi) Commissione del risarcimento dell' acquedotto. *Curatio Ductus Aquae Reficiendi* (V. 254) Soprastante a' tubi degli acquedotti. Fontaniere. *Vilicus A Plumbo* (I. 36. †) v. ibi v. ACQUA.

ADDA (D') cogn. *Addensis* — *Sala A Iosepho Candiano Comite Et Ab Addensibus Marchionibus Adtributa* (V. 20)

ADDIO ultimo a' trapassati — *Te In Pace* (111I. 336) *Lucilla Te In Pace* (111I. 121) *Have Beatissima Anima Nos Te Eo Quo Quemque Natura Iusserit Ordine Cuncti Sequemur* (11I. 159) *Ave Anima Innocens Addita Caelestibus Esto Memor Nostri* (V. 178) *Ave Anima Innocentissima Staedia Paulla.* (I. 350. b) *Ave Anima Innocentissima Sodales Tui Beneventi Plaudunt* (V. 154) *Ave Anima Pientissima Te In Pace* ☧ (V. 111) *Ave Anima Suavissima In Pace* ☧ (V. 140) *Ave Antistes Sanctissime Et Memor Esto Populi Tui* (V. 157) *Ave Frater Suavissime Te Libens Sequar Ad Caelestia Vocantem* (111I. 370) *Ave Hospes Filiae Et Castos Te Moerens Pater Salutat* (111I. 398) *Ave Luci Praerepte Matri* (I. 186) *Ave Margaritum Nostrum Et Esto Memor Parentum* (111I. 120) *Ave Octavi Alexander Qui Vixisti Annos XXVII.* (I. 160) *Ave Parens Desideratissime Pax Tibi Et Gaudia Caelestium* (111I. 367) *Ave Silvia Carissima Heic Te Mater Trimam Condidit Cum Lacrimis Rufina Fausti* (111I. 118) *Ave Dulcis Valeria* ☧ *Memoriae Et Quieti Valeriae Q. F. Drusianae . .* (111I. 116) *Have Domina Salve Domina* (11I. 159) *Ave Iuli Et Salve Iuli Parens Publice Iam Recepte Sideribus* (111I. 314) *Ave Et Vale Quam Caelo Maturam Iam Anno XXI. Aetatis Virtus Praeoptavit* (111I. 387) *Amice Ave Et Vale Ego Hic Situs Sum* (11I. 159) *Ave Et Vale Anima Beatissima Atque Vbi Nunc Viges Esto Memor Nostri Qui Te Amavimus Vnice* (V. 180) *Have Vale Attilia Pola Animula Nostra* (1I. 73) *Ave Et Vale O Bona Coniux Virum Quem Vnice Amasti Laudare Tuarum Praeconem Habebis* (111I. 384) *Ave Et Vale O Bona Dux Resipiscentium Et Multis Magistra Sanctimoniae* (ibi) *Have Euphrosyne . . Parentes Filiae Pientiss. Vix. Ann. XII. D. XXVI. Vale* (1I. 105) *Ave Georgi Faustine Vale O Bimale* (111I. 390) *Ave Lux Mea Et Vale* (V. 173) *Macedo Have Bene Valeas Quisquis Es* (1I. 290) *Ave Parens Optima Et Vale* (V. 169) *Mi Pater Ave Et Vale In Aeternum* (111I. 373) *Ave Salvinia Omnium Amantissima Et Vale* (I. 172) *Ave Et Vale In Pace* (V. 104) *Ave Anima Sanctissima Et Vale In Pace* (111I. 114) *Ave Amor Noster Et Vale In Pace* ☧ (V. 91) *Ave Magna Anima Decus Lumenque Nostrum Et Vale In Pace* ☧ (V. 142) *Ave Compar Suavissima Et Vale In Pace* ☧ (V. 168) *Ave Coniux Desideratissima Et Vale In Pace* ☧ (V. 171) *Ave Coniux Optime Ave Pater Indulgentissime Et Vale In Pace* ☧ (V. 98) *Ave Delicium Et Vale In Pace* ☧ (111I. 355) *Ave Pater Sanctissime Et Vale In Pace* ☧ (V. 115) *Ave In Pace* ☧ *Sacerdos Castissime Et Vale* (V. 128) *Ave Vincenti Carissime Et Vale In Pace* ☧ (V. 103) *Have Have Herotion Et Vale Aeternum* (1I. 105) *Avete Animae Beae Merentes* (V. 183) *Havete Animae Innocentissimae Nemo Vos Inquietet* (111I. 119) *Avete Magnae Animae In Pace* ☧ (111I. 390) *Avete Animae Pientissimae In Pace* ☧ *Filius Heic Quo Die Deus Iusserit Vobiscum Ero* (V. 185) *Avete Filii Suavissimi Et Valete Vos Mutuo Apud Caelestes* (V. 175) *Anima Sancta Salve* (11I. 159) *Salve Anima Innocens Iam Recepta Sideribus* (111I. 318. b) *Salve O Caelo Recepte Salve Magne Alexander* (11I. 231) *Salve Et Vale In Aeternum Mi Frater Qui Placido Exitu Caelum Petis* (111I. 378) *Moderatori Animorum Alamni Vniversi Salve Et Vale Adelamanni* (V. 286) *Viatores Salvete Et Bene Valete* (1I. 104) *Vale Et Tu* (11I. 159) v. ibi †. *Vale Mihi Mater Pientissima* (11I. 159) *Vale Aeternum Senex Pientissime Esto Memor Nostri* (111I. 380) *Mater Optima Vale Omnium Amantissima Vale* (11I. 159) *Vale Omnis Cognatio Pii Valete Municipes Quos Religio Iunxit Vna Patria Omnes Vna Sociabit* (V. 285) *Valete Cives In Pace* (V. 184) *Valete Auctores Et Parentes Nostri Vltima Progenies Vestra Aeternam In* ☧ *Pacem Adprecamur* (V. 183) *Valete O Nostri Spes Generis Nepotes Vosque Dulces Liberi Contra Votum Praerepti* (V. 285) *Valete Deo Propitio O Desiderium Nostrum Valete Caelo Debiti Cum Avis Et Maioribus Parentes Carissimi In Pace* ☧ (ibi)

ADDOLORATA. *Maria Perdolens* (11I. 14) *D. N. Maria*

Digitized by Google

Perdolens (V. 48) *Virgo Magna Maria Perdolens* (V. 6)

ADELAIDE. *Adelais* (V. 55)

ADOLFO. *Adulfus* (III. 197)

ADUNANZA. *Conventus*. *Senatus*. Luogo di adunanza. *Curia Pia Coetibus Eruditorum Agendis* (III. 241) e ibi †. Intimare l' adunanza. *Senatum Indicere* (V. 255) Presedere all' adunanza. *In Curia Ordinem Habere* (V. 249) *Ricinae In Curia Magistratibus Ordinum Habentibus* (V. 250) *Ravennae Magistratibus Senatum Habentibus* (V. 247) Tenendo adunanza il Magistrato di Gubbia. *Iguvi In Curiam Ordo Quum Convenisset* (V. 248) Fu approvato in piena adunanza il decreto. *Hoc Decretum Ordini P. Placuit In Conventu Pleno* (I. 322)

AFFEZIONATISSIMO. *Amantissimus*. *Studiosissimus*. — *Civis Patriae Amantissimus* (V. 130) *Amantissimus Decurion*. *Amantissimus Civium* (I. 113) *Familiae Studiosissimus* (V. 18)

AFFEZIONE. *Benevolentia* — *Benevolentiae Studiique Significatio* (V. 257) v. AMOREVOLEZZA. BENEVOLENZA.

AFRA. di S. Afra. *Afrianus*. I Deputati alla Chiesa di S. Afra. I *Fabbricieri*. *Curatores Aedis Afrianae* (V. 261)

AGAPE. *Agape* — *Agape Magna Misericors* (III. 355) S. Agape, il cui corpo è venuto di fuori. *Agape Advena* (V. 295) — il cui corpo ha sede stabilita in altrui paese. *Agape Incola* (ibi)

AGATA. *Agatha* (III. 142) di S. Agata. *Agatheanus* (V. 117) *Agathianus* (V. 274) Parroco Mitrata di S. Agata. *Curio Agatheanus Infulis Exornatus* (V. 117) Prevosto di S. Agata. *Praepositus Agathianus* (V. 88)

AGENTE. *Procurator*. Essendo Agente. *Agente Curam* (V. 190) Agente del Re per gli affari d' Italia. *Praepositus Regiis Negotiis Per Italiam* (V. 251) Agente del patrimonio. *Proc. A Patrimonio* (II. 25) Agente di Negozio. *Institor*. (III. 81)

AGGREGARE. *Adlegere*. *Adsciscere* — *Socium Adsciscere* (I. 324) *Hunc Decurionem Ob Liberalitatem.. Ordini Suo Gratis Adlegerunt*. (I. 234) I Confratelli della Compagnia di S. Pietro e' intendano aggregati alla Basilica Vaticana. *Sodales Petriani In Basilicae Vaticanae Censu Habeantur* (V. 31)

AGGREGATO. *Adlectus*. *Adscitus*. *Cooptatus*. — alla Nobiltà d' Anagni. *Adscitus In Splendidiss. Ordinem Anagn.* (V. 82) — alla Nobiltà di Bologna, di Fuligno, e d' Anagni. *Adlectus In Splendidiss. Ordines Bononiensium Fulginatium Et Hernicorum* (Estr.) — fra gli Anziani di Borgo S. Donnino. *Adlectus In Ordinum Fidentinor.* (V. 185) — a quasi tutte le Accademie Letterarie. *Adlectus In Collegia Pleraque Sodalium Litteratorum* (V. 130) — alle primarie Accademie d' Europa. *In Summa Per Europam Collegia Cooptatus* (V. 135) — alle Accademie delle Scienze di più Città. *In Multorum Civitatium Doctissimos Coetus Cooptatus* (V. 244) — alla Società Italiana. *In Collegium Eruditorum Italiae Cooptatus* (ibi)

AGILOLFO. *Agilulfus* (III. 142)

AGNESE. *Hagna* (III. 144) *Hagne* (III. 33) v. II. 239. †. S. Agnese. *Hagnae Puellae Invictae Sanctissimae* (III. 16) v. III. 17. †. Festa di S. Agnese V. e M. alla sua Chiesa in Piazza Navona. *Hagne Virg. Mart... Sollemnia Ad Circ. Agon.* (III. 33)

AGONIA — Divozione in memoria dell' agonia di N. S. *Preces Ob Memoriam D. N. Morientis* (V. 41)

AGOSTINIANA. *Augustiniana*. Suora Agostiniana. *Soror Augustiniana* (II. 70) *Virgo Augustiniana* (ibi) Superiora delle Suore Agostiniane. *Virgo Augustiniana Maxima* (III. 67) *Mater Maxima Virginum, vel Sororum Augustinianarum* (II. 70. †)

AGOSTINIANO. *Augustinianus*. Della Congregazione di S. Giovanni (a Carbonara in Napoli) *Sodalis Augustinianus Ex Famil. Ioanniana* (V. 88)

AGOSTINO. *Augustinus*. Festa di S. Agostino alla sua Chiesa in Roma. *Augustino Pont. Doct. Ad Vstria. Aug* (III. 47)

AGRIMENSORE — Perito Agrimensore. *Mensor Agrarius* (II. 79)

AJA. *Educatrix* — *Educatrix Pueritiae Principis* (II. 51)

AJUTANTE. *Adiutor*. *Optio*. Ajutante, a Cancelliere. *Adiutor Et Scriba Ordinis* (III. 289) Ajutante di studio. *A Studiis* (II. 78) v. II. 79. †. Ajutante del Computista. *Adiutor A Rationibus* (II. 85) Ajutante del Direttore della Zecca, a Saggiatore. *Optio Et Exactor Auri Argenti Aeris* (I. 365. †)

ALBA. d' Alba. *Albensis*. Arciprete d' Alba. *Archipresbyter Albensium Pompeianorum* (III. 252)

ALBANI. cogn. *Albanus*. Principi Albani. *Proceres Albani* (V. 240)

ALBANY. d' Albany. *Albanyensis*. Conte d' Albany. *Comes Albanyensis* (V. 71)

ALBERGO. *Mansio*. Si aprì un albergo a' viandanti. *Mansio Commeantibus Aperta Est* (V. 217)

ALBIZZI. cogn. *Albitius* (V. 191) *Albizius* (V. 259)

ALBRIZZI. cogn. *Albrizius* (III. 382)

ALCUNO. Alcuni Peltuinati. *Pars Peltuinatium* (II. 107)

ALESSANDRI. cogn. *Alexandrius* (V. 23)

ALESSANDRO. Di S. Alessandro. *Alexandrianus*. *Alexandrinus*. I *Fabbricieri* della Chiesa di S. Alessandro. *Neocori Alexandriani* (V. 276) Biblioteca di S. Alessandro. *Bibliotheca Alexandrina* (III. 394) Collegio di S. Alessandro in Milano. *Collegium Mediolanensium Alexandrinum* (III. 363)

ALESSIO. *Alexius*. S. Alessio. *Alexius Peregrinator* (III. 45)

ALFIANELLO. *Alfianellum* — *Domo Alfianello* (V. 132)

ALFIERE: *Vexillarius* (II. 73. †) *Imaginifer* (ibi) Alfiere nella guarnigione di Castel S. Angelo in Roma. *Signifer In Arce Romanae Militia* (V. 255)

ALFONSA. *Alfonsa* (V. 178)

ALFONSO. *Alfonsus*. Il Re Alfonso d' Aragona. *Rex Alfonsus Aragoniae*. (III. 206)

ALFREDO. *Alfredus* (III. 159)

ALGHISE. d' Alghise. *Alghisianus*. Nel territorio di Verole Alghise. *In Agro Virolensi Alghisiano* (V. 232)

ALIGHIERI. cogn. *Alighierus* (III. 123)

ALIMENTO. *Alimentum* — *Vilicus Ab Alimentis* (I. 36. †) v. ibi. *Quaestor Alimentarius* (II. 52) *Q. Ark. Publ. Et Pec. Alimentar.* (II. 284) Quelli, che ricevano gli alimenti dal pubblico. *Alimentari* (II. 87) *Pueri Et Puellae Alimentarii Ficoleensium* (ibi) Commissario in capo per le vettovaglie della Cavalleria di S. M. C. ne' Paesi Bassi. *Praefectus Alimentarius Alarum Regis Catholici Per Belgium* (V. 203)

ALLACCI. cogn. *Allatius* (III. 225)

ALLOGGIO. *Hospitium* — *Hospitia Suscipere* (III. 353) *Hospitio Publico Honestatus* (V. 120) *His Aedibus Hospes Successit* (III. 234) *Villae Laetitiae Amoenitate Delectata In Alterum Mensem Parati Hospitii Delicias Amavit* (III. 392) *Domus Cavalliorum Procerum Gabriem Mariam Navam Pontificem Magnum Hospitem Accepit* (III. 393) *Sanctissimi Hospitis Honore Gaudens Parato Domicilio In Augustinianas Sedes Suscepit* (III. 370)

